



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

169. Quid agere debeant sanctimoniales.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut Abbatissa de monasterio non egrediatur.

*Ex Concilio Mogenciensi cap. xvi.*

Concil. Mo-  
gunt. sub  
Rhab. c. 16.  
Burchard. lib.  
8. c. 80.

CLXVIII. Abbatissa nequaquam de monasterio egrediatur nisi per licentiam Episcopi sui, nisi fortè regali iussione cogatur. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus quas secum ducit curam maximam habeat, ut nulla eis detur occasio peccandi.

Quid agere debeant sanctimoniales.

*Ex eodem.*

Concil. Mo-  
gunt. sub  
Rhab. c. 16.  
Burchard. lib.  
8. c. 77.

CLXIX. Sanctimoniales in monasterio constitutæ habeant studium in legendo & cantando, & horas canonicas sollempniter pariter celebrent, & omnes, exceptis quas infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad Capitulum & collationes veniant, & regulam à sanctis patribus illis constitutam diligenter observent.

De cautela sanctimonialium. *Ex Concilio Hispalensi.*

Concil. His-  
pal. 2. c. 11.  
Burchard. lib.  
8. c. 53.

CLXX. Hæc circa omnes cautela servetur, ut remoti à peculiaritate virginum, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiaris permiffum. Nec ipse qui præest cum sola conloqui debet, sed sub testimonio duarum aut trium sororum, ita ut rara sit accessio, brevis locutio.

Ne Clerici vel continentes ad virgines ingrediantur. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Car-  
thag. 3. c. 25.

CLXXI. Ut Clerici vel continentes ad